



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 8. Vigilius Tapsensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

dam Eleemosinam, rursusque ne eos ti- Sæculum V.
 meant, quibus solummodo corpus occi- A. C. 484.
 dendi potestas est. Cum Eugenio erant
 Vindemialis Episcopus Capsensis ex Pro-
 vincia Byzacena, & Longinus Pamarien-
 sis ex Mauritania Cæsariana. Habemus Ruin. hist.
 Catalogum Episcoporum ex omnibus Persec. part.
 Africae Provinciis, qui ad Collationem 2. c. 8.
 venerant, & in Exilium missi sunt. Sci-
 licet ex Provincia Proconsulari 54. Epis- Notit. Afr.
 copi. ex Numidia 125. ex Provincia By-
 zacena 107. ex Mauritania Cæsariana
 120. ex Sitifiensi 44. ex Tripolitana 5.
 ex Sardinia & vicinis Insulis octo. Uni-
 versim Episcopi 463. Ex his octoginta
 octo dura fata sustulerunt. 46. in
 Corsicam proscripti sunt, 301. in alia lo-
 ca abstracti, 28. fuga se subtraxerunt.
 Multi in locum Exilii Patriæ suæ proxi- vita S. Fulg.
 mum relegati; idque Hunerici nequitia c. 4.
 factum, ut nempe vehementiore deside-
 rio ad abjurandam fidem compelleren-
 tur.

§. VIII.

Vigilius Tapsensis.

Inter Episcopos in hac Persecutione pro- Not. Afr.
 scriptos qui legitur ultimus ex Provin- p. 133.
 cia Byzacena, est Vigilius Tapsensis edi-
 tis Libris celeberrimus. Is timens, ne
 suis libris offensi Persecutores acrius in
 Fideles furerent, suo suppresso Illustris-
 B 5 simo-

Sæculum V. A. C. 484. simorum Patrum Nomina mutuatus est, quo majorem Auctoritatem Scriptis suis præsertim apud Vandalos aliosque Barbaros Arianos Critices expertes conciliaret. Hoc modo scripsit Disputationem inter S. Athanasium & Arium, quam Laodiceæ, jubente Imperatore Constantio, præsentem Judicem, cui Nomen Probus, publice innotam fingit, & omnia ipsorum Dicta refert, ac si ea in Actis invenisset; at in alio opere fatetur, fabulam esse se Auctore adornatam.

to. 3. op. Ath.
p. 614. edit.
1698.

L. V. adv.
Euty. c. 2.
Eod. to. 3.
p. 642.

Idem dicit in ejusdem Disputationis secunda Editione, ubi Sabelium, & Photinum cum Ario adversus S. Athanasium pugnantem adjunxit, redditque hujus facti rationem; ideo se Personas loquentes inducere, ut ex adversarum Partium sermonibus & pro lata Judicis sententia veritas fortius legentium animos perstringeret.

App. to. 8. op.
Aug. p. 36.
edit. 1688.

App. to. 2.
p. 39.

Rursus sub Nomine S. Augustini contra Felicianum Arianum de Unitate Trinitatis Dialogum composuit. Eidem supposititia Disputatio S. Augustini contra Pascentium, & illud Symbolum, quod tamdiu S. Athanasii creditum, non sine gravi fundamento tribuuntur. Hæc Vigilii Tapsensis industria in Operibus SS. Patrum confusionem peperit, nam longo tempore ipsius libri illorum Scriptorum, quorum Nomina assumpserat, partus putati

tati sunt, & recentiores Critici alios quoque libros, de quorum Auctoribus non satis constat, ipsi adscripserunt. Denique hujus Viri Exemplum quibusdam Scriptoribus temerariis audaciam suggerere potuit, ut conficta sub Magnorum Virorum Nomine opera, puta Acta Martyrum, Sanctorum Vitas orbi obtruderent.

Sæculum V.
A. C. 484.

Cum post hæc Vigilus Constantino-
polim venisset, contra Hæresin ibi latius
grassantem, nempe Eutychem scripsit;
quia vero tunc plena gaudebat liberta-
te, operi isti, quod in quinque divisit li-
bros, Nomen suum præfixit. In libro
quarto Epistolam S. Leonis ad Flavianum
defendit. In quinto Definita in Conci-
lio Calcedonensi tuetur. Hic solus li-
ber est, qui Vigilii nomen præsert, &
hoc non obstante per tempus non mo-
dicum a quibusdam Opus Vigilii Epis-
copi Tridentini & Martyris, licet is diu
ante Hæresis Eutychemianæ ortum obierit,
creditus est.

Sup. l. XX.
S. 22.

§. IX.

Persecutio universalis.

Priusquam Episcopi in locum Exilii du-
cerentur, Hunericus uno mandato in
omnes Africæ Partes Carnifices emisit;
hi nemini hominum, qui voluntati Regis
resisterent, nec ætati, nec sexui parcere
jussi.

Vit. vit.
lib. V.